



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis  
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris  
Sermones In Dominicas & Festa per annum**

**Bernardus <Claraevallensis>**

LXXXIX. De osculo à sponsa desiderato, id est, Spir. S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39254**

*nos data non  
vulganda; Nec  
data propter a-  
lios occultanda,  
hic charitas:  
ibi humilitas  
periclitatur.*

*a Cant. 1.a  
b Matt. 11.d  
Osculum Pa-  
tris & Filii  
Spiritus san-  
ctus.  
c Matt. 16.c  
d 1. Cor. 2.e*

*e Galat. 4.b  
Per osculum  
quid sponsa de-  
sideret, nempe  
cognit. Verbi  
Dei. & verit-  
amorem.*

*f Matt. 7.b*

partiri. Ita sanè obtinebimus illud Spiritus sancti donum, quod vocatur *dif-  
cretio spirituum*, si & ea quæ nobis tantum congruunt, nobis reservemus; &  
ea quæ ad aliorum utilitatem conferuntur, nobis largiamur & proximis.

## SERMO LXXXIX.

*De oculo à sponsa desiderato, id est, Spiritu sancto.*

**O**sculetur me osculo oris sui <sup>a</sup>. Os Patris intelligitur Filius. Nemo autem novit Filium nisi Pater, & nemo novit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare <sup>b</sup>. At verò cuicunque fit ista revelatio, sive Patris, sive filii, non fit nisi per Spiritum sanctum. Hinc est quod cum Petrus dixisset Dominino: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: ille respondit: *Beatus es Simon Barjona*, quod interpretatur, filius columbae: *quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cælis*. Et Apostolus cum præmisisset quod *oculus non vidit, & auris non audivit d, & cetera*: statim subjunxit, *nobis autem re-  
velavit Deus per Spiritum suum*. Videtur ergo sponsa gratiam habere Spir-  
itus sancti, per quam cognoscat Filium æqualem Patri. Nec dicit, *oscu-  
letur me ore tuo* (quod solius Filii est dicere) non cuiusquam creaturæ:  
quippe quæ nullo modo potest esse æqualis Patri, sed *osculo oris sui*. Porro  
osculum commune est osculantis & osculati. Si igitur se invicem osculan-  
tur Pater & Filius, quid est eorum osculum nisi Spiritus sanctus?

Hoc itaque flagrat sponsa osculari, *osculateur me, inquiens, osculo oris  
sui*. Hoc osculum testatur etiam Paulus eam accepisse, cum dicit *e*: *Quo-  
niam etsi filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem Abba  
Pater*. Hoc osculum pollicebatur, & ipse Salvator, cum ad instantiam ora-  
tionis exhortaretur discipulos. *Si vos, inquit f, cum sitis mali, nos tis bona  
data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est dabit bona, id  
est Spiritum bonum potentibus se?* Ex hujus osculi impressione suscepit anima  
rationalis ab ipso sposo suo Verbo Dei cognitionem, & amorem verita-  
tis, quæ duo quasi labia imprimunt ei ipsa Dei virtus & Dei sapientia. Siquidem sapientia cognitionem, virtus confert amorem. Habet & ipsa anima  
similiter duo labia, quibus osculatur sponsum suum, id est rationem & vo-  
luntatem. Rationis est percipere sapientiam, voluntatis virtutem. Si sola  
ratio percipiat sapientiae cogitationem, & voluntas non habet virtutis a-  
morem, non est plenum osculum. Aut si sola voluntas obtineat amo-  
rem, ratio minimè percipiat cognitionem, nihilominus est semiplenum.  
Tunc verò plenum & perfectum est, quando & sapientia illustrat rationem,  
& virtus afficit voluntatem.

## SERMO LXC.

*De triplice unguento, Compunctionis, Devotionis, Pietatis.*

Maria